


PSALME 33 - TON 1 D



1. Benedícam Dóminum in **ó**mní **té**mpore : *
semper laus ejus in *o-re me - o*.
2. In Dómino laudábitur **á**nima **mea** : * áudiant mansuéti, *et laeténtur*.
3. Magnificáte **D**óminum **me**cum : * et exaltémus nómen ejus *in idípsum*.
4. Exquisívi Dóminum, et **ex**audívit me : * et ex ómnibus tribulatió nibus meis **erí**puit me.
- ANT.**
5. Accédite ad eum, et **illu**minámini : * et facies vestrae non *confundéntur*.
6. Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit **eum** : * et de ómnibus tribulatió nibus ejus *salvávit eum*.
7. Immittet Angelus Dómini in circúitu **timéntium eum** : * et *erípiet eos*.
8. Gustáte, et vidéte quóniam suávis est **D**óminus : * beátus vir qui *sperat in eo*.
- ANT.**
9. Timéte Dóminum omnes **san**cti ejus : * quóniam non est inópia *timéntibus eum*.
10. Divites eguérunt et **esu**riérunt : * inquirentes autem Dóminum non minuéntur *omni bono*.
11. Veníte, **fí**lii, audíte me : * timórem Dómini *docébo vos*.
12. Quis est homo **qui** vult **vi**tam : * díligit dies *vidére bonos* ?

ANT.

13. Próhibe linguam **tuam** a **malo** : * et lábia tua ne loquántur **dolum**.
14. Divérte a malo, **et** fac **bonum** : * inquire pacem, et perséquere **eam**.
15. Oculi Dómini **super justos** : * et aures ejus in preces **eórum**.
16. Vultus autem Dómini super faciéntes **mala** : * ut perdat de terra memóriam **eórum**.

ANT.

17. Clamavérunt justí, et Dóminus exaudívit **eos** : * et ex ómnibus tribulatió nibus **eórum liberávit eos**.
18. Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt **corde** : * et húmiles spírítu **salvábit**.

Glória **Patri**, et **Fílio**, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et **nunc**, et **semper**, * et in saécula saeculórum. **Amen**.